abbas ille meus dormierat in domo ad
hec delatus loca me maõchis reddo. hãc
trado virginibus diligens eã vt sororem
non tñ me ei credẽs vt sorori. Hec mihi
senex malchus adolescentulo retulit.
Hec ego vobis narraui senex. castis hy/
storiam castitatis expono. virginibꝫ vir/
ginitatẽ custodire exhortor. vos narrate
posteris vt sciant inter gladios ⁊ deserta
⁊ bestias pudiciciaꝫ nunq̃ꝫ esse captiuam.
⁊ hominẽ christo deditũ posse mori non
posse superari. Finit vita beati
Malchi monachi captiui.

# Incipit vita sancti Pauli simplicis

Uit quidã inter discipulos sctĩ
Anthonij Paulus noĩe cogno
mento simplex. Hic initium cõ/
uersionis hmõi habuit. Cum vxorẽ suaꝫ
cũ alt̃o concubitãtẽ vidissꝫ nulli quicq̃ꝫ
dicens egressus est domũ et mesticia ani/
mi tactus in heremũ semetipsum dedit.
Ubi cũ anxius oberraret ad monasteriuꝫ
venit anthonij. ibiq̃ꝫ ex loci amenitate et
oportunitate consiliũ capit. Cũq̃ꝫ adissꝫ
anthoniũ vt iter salutis ab eo inquireret
ille intuẽs hoĩem simplicis nature. rñdit
ei ita demum eũ posse saluari. si his q̃ a se
dicerent̃ obediret. Tunc ille oĩa quecun
q̃ꝫ p̃cipet facturꝫ se esse rñdit. Ut ergo ꝓ/
missionem eius ꝓbaret anthoniꝰ ante fo/
res cellule stanti. hic inquit expecta me.
orans donec egrediar. Et ingressus mã/
sit intrinsecꝰ ꝑ totã diem et noctẽ per fe/
nestram tamẽ ex occulto frequẽtius respi
ciens. videbat eũ indesinẽter orantem et
nunq̃ꝫ prorsus se mouentem sed stare in
estu diei ⁊ rore noctis ⁊ ita esse mandati
memorẽ. vt ne paꝝ quidem a loco se mo
ueret. Egressus aũt die postera anthoniꝰ
instruere eum ⁊ docere de singulis cepit.
quomõ ope manuũ solitudinẽ solaretur.
et digitis quidẽ corporis opus carnale.
Cogitatõe vo mẽtis ⁊ aĩmi intentõe ope
raret̃ q̃ dei sunt. Cibũ q̃ꝫ in vespa sumerꝫ
et p̃cipue in potu. ꝯfirmãs nõ minus per
aque habũdãtiam fãtasias aĩe fieri q̃ꝫ per
vinũ calorẽ corporis increscere. Et vbi ple
ne eũ qualr̃ in singulis agere deberet in/
struxit. in vicino ei hꝰ est in tribꝫ a se mili/
bus cellulã ꝯstituit. ibiq̃ꝫ eũ exercere que
didicerat iubꝫ. Ipe tñ freq̃ntiꝰ visitãs eũ
gratulabat̃. deꝑhendens illũ in his que
sibi tradita fuerãt tota intẽtione ⁊ omni so
licitudine ꝑmanẽtẽ. x Quadã ãt die
cum venissent ad sctũm anthoniũ fratres
magni quidẽ ⁊ ꝑfecti viri. accidit eẽ pau/
lũ adesse ꝑiter cũ eis. Et cũ s̃mo de ꝓfun
dis rebus et misticis haberet̃. cunq̃ꝫ de
ꝓphetis ⁊ de saluatore plurima tractaren
tur. paulus ex simplicitate animi inter/
rogat. si xp̃s prius fuerit an ꝓphete. Bea
tus vo anthonius cũ ꝓ eo q̄ tam absurdũ
interrogaret q̃si erubuissꝫ blando motu
vt erga simpliciores solebat silere atꝫ abi
re eum iubꝫ. Ille aũt qui omne q̃dcunq̃ꝫ
ab eo dictũ fuisset tanq̃ꝫ p̃ceptũ dei s̃uare
instituerat. abscedens ad cellulã suã tan
q̃ꝫ mandato accepto. silentiũ gerere insti
tuit nec omĩno aliquid loqui. Quod cũ
comꝑisset anthonius. mirari admodum
cepit vnde hec illi obs̃uantia placuisset.
quã a se sciebat non esse ei iniũctam. Cũ/
q̃ꝫ iussisset eum loqui et cur siluerit ĩterro
garet. dicit ei Paulus. Tu pater dixisti
mihi vt irem et silerem. Et obstupefac/
tus anthoniꝰ ita ab eo s̃monẽ quẽ ille ne
gligenter ꝓtulerat obs̃uatũ. oẽs inquit
nos ille ꝯdemnat. Cũ eñ nos de celo do
minũ nobis nõ audiamꝰ loq̃ntẽ. ab isto q̃
liscunq̃ꝫ sit s̃mo qui ex ore nr̃o ciderit
obs̃uat̃. Multa tñ ⁊ sctĩs anthoniꝰ docere
eũ volens de obedientia p̃cipe ei solitus
erat etiã que ratio ⁊ cã nõ posceret. in qui
bus eius animꝰ erga obediẽtiam ꝓbaret̃.
Haurire nãq̃ꝫ aliq̃n eũ aquã iussit ex pu/
teo ⁊ in terrã tota die effũdere ⁊ ꝯtextas
sportas r̃soluere ac d̃nuo texere ⁊ vestim̃
tũ dissuere. ⁊ iteꝝ resuere ⁊ rursꝰ r̃soluere

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-137/0111
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG